



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XII. De vita & honestate Prælatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Et post electionem, nisi legitimum subit impedimentum, expediti debet: alioqui si Metropolitanus, aut ii ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, Ecclesiasticis condemnationibus subiciendi erunt.

Consecrationi interesse debent ad minus tres Episcopi, alioqui non valet, hoc dicit.

Ordinationi autem interesse debent, non solum Metropolitanus, verum etiam comprovinciales Episcopi, qui numerum faciunt trium. Nam & beatus Iacobus, qui Iustus appellatus est, à Petro, Ioanne & altero Iacobo, Apostolis ordinatus est: successores suis scilicet formam dantibus: ut non minus quoque tribus Episcopis, ceteris quoque assensum praebeantibus, Episcopus ordinetur. Quod si ab uno vel duobus Episcopis ordinatio expedita fuerit, ralius ordinatis, ut Episcopi nominentur, à sanctis Patribus interdicitur: ergo si nomen non habent, officium qualiter habebunt? Evocandi sunt igitur à Metropolitanis suffraganei: qui si omnes concurrerint, bene est: si aliqui convenire non possunt, sui presentiam per Epistolam facere debent.

Archiepiscopus compatiens, consecrationem sui suffraganei alteri committere potest, h. d.

Quod si Metropolitanus, vel infirmitate, vel alia iusta causa ita praepediatur, ut suorum suffraganeorum aliquem consecrare non valeat, alicui Coepiscoporum vires suas demandare poterit, à quo consecrandum munus consecrationis recipere tenebitur.

Deficientibus Episcopis comprovincialibus, advocandus foret Episcopus vicinae provinciae.

Illud quae situm est, si in provincia in qua olim plures Episcopi fuerint, unum tantum remanere contigerit, quid fieri debeat, cum nec solus ordinare possit, & nullos quos convocet, habeat provinciales: De hoc in Sardiceni Concilio b. statum legitur, ut superstes Episcopus convocet Episcopos vicinæ provinciae, & cum eis comprovinciales sibi met Episcopos ordinet.

Quomodo sit explicanda consecratio, h. d.

Consecratis e igitur hora Dominicae lucis tertiae Episcopis, & scrutinio cum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi, Evangelii codicem tenentes, manus imponant, & uno super eodem benedictionem fundente, ceteri qui adstant, manibus suis caput eius tangant, atque illud unâ cum manibus sacro chrismate deliniant: quo demum peracto, Ecclesiae Romanae, atque ejus Pontificibus fidelitas secundum formam Gregoriani rescripti juranda erit.

DE RECEPTIONE ET AVTHORIT.

TITULVS XI.

Pallii receptio non est differenda: & volumus aliquid palliando obijcere, debet jurare de calumnia, & intra duos menses objecta probare: alioquin tenetur ad poenam talionis.

Hoc d. amplius Metropolitanum prospicere oportet, ut pallii petitionem & receptionem non differat: cum sibi sine pallio Episcoporum consecrationem minime permissam scire debeat: Est autem pallium Metropolitanorum insigne ornamentum, quod de corpore beati Petri sumitur, Pastoralis officii plenitudinem designans: cuius receptio, ut citius explicetur, novissime constitutum est, ne per cuiusvis criminis objectionem forte palliando faciendam differri possit: nisi obijcentes corporali juramento praestito firmen se nec agere quicquam callide, ac de objectis promptam fidem, hoc est, intra bimestris temporis spatium asserant, ad talionis, vel extraordinariam poenam se Praetidis obligantes arbitrio, si objecta minime probaverint. Quod si

a Can. 1. & seq. dist. 64. & can. 2. dist. 65. b Can. si. dist. 65. c Can. 1. dist. 75. d Can. 1. dist. 100.

contradictores ista facere remittit, eorum obijctionibus nequaquam obstantibus, ad ipsam traditionem pallii procedendum erit.

Metropolitanus solum in sua provincia, & extra deinde palium, & pallium personam sequitur, & ad omnes pariter. Sed eo nec semper, nec ubique Metropolitanus praesertim (id enim solum Romano Pontifici a quo pallium celebrat solennia, permittitur, etiam in illius provincia, ac certis dumtaxat diocesis, extraprovinciam pallium non transeat, nec alteri committatur: & cum eo quilibet sepelepiendus erit.

Pleraque dicta de creatione Episcoporum, habent locum in aliis Pralatis.

Haec de creandis Episcopis dixisse sufficit. Nunc illorum vita, ac qualis eorum debeat esse conversatio, plerumque & de ceteris Sacerdotibus intellegendis expediamus.

DE VITA ET HONESTATE PRAELATORUM.

TITULVS XII.

Qui praeclari dignitate, debet & roneo et p. d. d. Ebet igitur Episcopus esse sine curae hominum populam cui praesit, concupiscentiam innocentia praecellere: quia enim est ratio discipuli, si se magistro intelligit esse praesertentem nam Episcopus insinuere & adnoscere oportet: obsequio autem recte monitoris personam inspicit, ad mores suos aliorum errata condemnat. Quod non solum de Episcopo, sed etiam de omnibus qui domum Dei deseruiunt, intelligi oportet: quia vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores laicos esse, quam ceteros quaeque in illis membris Ecclesiae vacent & cupit, huiusmodi sacerdotibus habentur illicita.

Episcopus cavere debet ut improborum communi, & invidendo non minus charitatem, quam praesentem curam habeat.

Improbiorum quoque, communi, uti debet. Meliorum enim consortia bonos consuevit habitumque secum honesti testimonii Christiani quaeque in se habentibiles invenit: & si quando illi, sine curae hominum inter se diffidere contingerit, ad pacem magis quam ad iudicium compellat: imo illi corrigendis plusquam benevolentia, quam severitas: plus charitas, quam poenitentia: neque dominari magis, quam consolari solentur cupiat, ne quod provisum est ad correptionem, verum ad diffidium.

Praeterea in corrigendo debet iustitiam servare iudicium, h. d.

Ubi lenitate tamen severitas miscenda est: Nam misericordiae multum demitur, si severitate commensurata sit defuita: ideoque Rectores inesse debent esse consilens misericordia, & pie severis disciplinam: ut non disciplinam rigore benignitatem manentem, nec severitas in mansuetudine diffinitionem debentem diluatur, quodque severitas castigare necesse est, non lenitate placet animo, sed medentis.

Praeterea non debet tolerare persequi, h. d.

Praeterea cavendum est, ne perverse agere commendo toleret. Calpam enim faciens habet, qui quod potest, negligit emendare: & ceterum, cum non emendatur, approbatur.

Episcopus orationis & praedicationis debet infirmus, h. d.

In primis autem orationi & praedicationi insistent: Nam praedicationis officium suscipit, qui quis a Sacerdotibus accedit, hinc est, quod d. super Pastores primo in lingua perit, specie Spiritus Sanctus insedit. Populum itaque praedicando doceat, sed illa doceat, quae a Deo ipse edocuit.

a C. ad honorem, dist. 11. ex. b C. de vita, c. Can. 1. dist. 100. d. Can. 1. dist. 100.

non que illi caro, vel humanus sensus fuerit. Eapropter sacris libris iugiter insuffere illum oportet: a necesse est sufficit praelatis bona conversatio, nisi addatur scientia doctrina.

Episcopus hospitalitas esse debet & liberalis, h. d.
Ea b nec utramque sibi sufficere credat: nam largam quoque manum habere debet, & necessitatem patientibus subvenire, aliam in inopiam in sum credens. Res suas inter hospitalitatem in hospitio recipiat, & facilius exemplo pauperes potius in hospitio recipiat, & facilius exemplo suo ad hospitalitatem libidinos attrahat.

Praelatus debet firmus esse, prudens & peritus, non solum prima litterarum, verum etiam negotiorum.

Obvius sit non violentus: e: non sit percussor *, & ad vindictam facilis: imo in omnigenere rerum agendarum prudentiam secum habeat: si enim mancum aut ebriam sancta contigere nequaquam lex divina permittit, quanto magis domo caelestis dispensatores esse non consentit (id quod est deterius) mente debilitatos.

Episcopus non debet secularibus negotiis se implicare, h. d.

Ut autem Episcopum nullo errore convenit involvenda, ita nulla debet cupiditate corripere: & propterea lucra cupiditas esse prohibetur, & alicui etiam honesto negotio d, ut sibi videtur & necessaria quarat, operam dare. Nam & Dominus negotiatores de templo verberatos expulit: & a postulo referte, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

Prudentia fructifera esse debet Episcopus, h. d.

Prudens e: quoc; debet esse, & moribus & verbis pudorem praeferre. Eapropter Magantino Concilio statutum legitur, ut nullus sacerdos fornicas, de quibus suspicio potest esse, retineat: sed neq; matrem, aut amicum, aut sororem retineat: quia & in illis, insigillatim diabolo, scelus perpetratum reperitur, aut in pedissequis carum. Itaq; domesticarum quoque personarum immoderatam familiaritatem vitabit.

Qualis quis sit interior, debet per exteriora demonstrare, h. d.

Omne b item Episcopum exteriusque Ecclesiasticis officiis mancipatos, per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem indicare, & ideo, si praeterquam ex causa urgenti, indumentis, praeter ordinis officii decorem, praesertim publicè, luxurientur, illorum in pudentia variis modis, non minus recitioribus, quam antiquis Pontificum decretis coarctetur. In summa cum pro populo Episcopi suffragatores ad Deum parent, nec esse est ut omni genere virtutum ejus gratiam habere nuntiant: quia cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI
TITVLVS XIII.

Archidiaconus est à hoc constitutus vicarius, & quasi oculus Episcopi, & inter ceteros cognoscat, visitat, & corrigenda emendat, & vicia ad Episcopum deferat, de cuius licentia potest etiam excommunicare, hoc dicit.

Quoniam verò gravis & lata est Pastoralis officii cura, rectè constitutum est, ut aliqui in Ecclesia sint, qui una cum Episcopo onus ferant, & sui Praelati valeant sublevare sollicitudinem. Talis est Archidiaconus i, qui major post Episcopum, & ejus vicarius reperitur. Cuius vigilantia & solertia usque adeo

a Dist. 36. & seq. b Dist. 42. c Dist. 44. in sum. & per totum. * dist. 45. d Can. 2. 21. q. 3. & per totum. e In sum. dist. 45. f Ca. ext. de cohabit. cle. & mul. g Dist. 34. in sum. & per totum. h Dist. 40. & cle. 2. eod. tit. de vit. & honest. prael. i Cap. 1. & c. ad hoc nos. extr. eod. tit. & per totum. can. 1. res. Archidiaconus, dist. 25.

in domo Dei excubare debet, ut oculus Episcopi non immerito meruerit appellari. Ea propter debet is audire iurgia singulorum, & quae corrigenda & emendanda viderit, corrigere & emendare. Quod si qua fuerint ita audita, quae per eum commode non possint terminari, ad Episcopum suum deferret. Displicet quoque ut Primicerius, Sacrista, & Custos in iuncti sibi muneris sollicitudinem diligenter exequantur. Sed & tertio quoque anno, si Episcopus non poterit, universam Parochiam circumire debet, & cuncta, quae ordinatione vel emendatione indigere viderit, secundum Canonicas sanctiones corriget: & si Episcopi auctoritas accesserit, excommunicationis etiam sententiam feret.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.
TITVLVS XIV.

Archipresbyter est vicarius Episcopi, circa divina: & Archipresbyterum duo sunt species, h. d.

Non ab similes Archidiaconis Archipresbyteri habentur: nam & ii Praelati sui circa spiritualia curam sublevant a. Horum autem duplex est species: alii enim urbani sunt, alii autem exteri. Urbani sunt, qui praesulis sui absentis circa divina in urbe vicem sustinent, aut praesentis curam minuunt: ut officium inchoando, celebrando, & benedicendo, & cunctis providendo, quae sacerdotum ministerio perfici debent.

Qua sit potestas foranorum Archipresbyterum, h. d.

Exteri sunt b, qui circa singulas plebes constituti, non solum vulgi sollicitudinem gerunt, verum etiam Praebiterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugiter circumspiciunt custodire debent: qui licet suis praesentibus, ut Episcopus Matrici praesit Ecclesiae: nihil tamen contra sui praesulis ordinare decretis audent debent.

Obvius autem aliquos praepositos debent etiam habere, qui praeposita gerant, h. d.

Admonendi c sunt autem ii, qui praepositorum alicuius administrationem canonicè voluit obtinere, ut non solum nomen, verum etiam ordinem habere studeant. Unde d nisi qui Archidiaconatum tenent, Diaconi: aut qui Archipresbyteratum, Presbyteri infra annum fiant, amittent honorem, etiam si iusta causa prohibente Praebiteri aut Diaconi esse non poterint.

DE OFFICIO VICARII.
TITVLVS XV.

Vicarius Episcopi non potest inquirere, punire, praevaricare beneficiis, vel eadem conferre, nisi hoc speciatim sibi committatur, h. d.

Per Vicarium quoque, cum Episcopus per se ipsum deservire & residere rationabili causa prohibetur: aut praesens, omnibus commode par esse non potest, Episcopalis representatur auctoritas. In quo tamen illud advertendum est, quod licet per generalem officii commissionem Vicario factam e, causarum cognitio transferatur: potestas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi alicuiusmodi excessus, seu aliquos a suis beneficiis vel administrationibus amovendi, vel beneficia conferendi (nisi specialiter concessa sit) non transferatur.

Libentis curam assumantur in diversis Ecclesiis, vel laicis, non potest consilium vicarius.

Debet autem Episcopus circumspicius esse, ne laicum vicarium sibi constituat. Indecorum f est enim, laicum hominem viros Ecclesiasticos iudicare: nec in uno eodemq; officio debet dispar esse professio. Quod etiam lege divina prohibetur, dicente Moysè, Non arabis in bove & asina. Inde & Honoriana constitutione cavetur g. Ut Epi-

a Can. 1. res. Archipr. dist. 25. b C. fin. c. 111. c Cle. 2. de atat. & qual. d Can. 1. dist. 66. e C. 2. & cap. seq. co. tit. in 8. f Can. in nona ad l. 10. 16. q. 7. g C. si. ext. co. tit.

